



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1848

MDCCXCI. Papst Pius ertheilt dem Kurfürsten, den Markgrafen von
Brandenburg und Burggrafen von Nürnberg das Privilegium, daß alle
Unterthanen und Landeseinwohner nur vor ihnen und ihren Richtern zu ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56633)

vnd gegeben were ader worde vnd dorzu das bette vnd bettegewand, daruff sie mit yrem gemaheln, Marggrauen Albrechten gelegen ist, vnd auch ander bette vnd bettegewand mit yren zugehörungen in yr frauen czymmer gehorende, da sie yren hoff vnd hufs halten on geuerde, Vnd das Marggraf Albrechts vnd frauen Annen gewest ist vnd sal damit hindan gescheiden sin, kein ander ansprache zu haben zu keiner andern sarenden habe. Es sal auch yre hofegefinde vngeuerlich mit aller kostunge, narunge vnd notdurft verfehln vnd besorgt werden, in massen als uor, bissolange das yre die erste nutzunge vff den Slossen vnd ampten czinsen vnd renten, daruff sie verwiesen ist, erschinen oder vertaget sein. Alldann sal man yre dieselben Sloss mit sampt den erschinen nutzungen vnd czinsen jnantwurten nach lut yrer briue doruber begriffen etc. Mer ist beredt, ab vnder yn beyden, nemlich Marggrauen Albrechten vnd frauen Annan — eyns oder beyde mit tode abgingen, ehr sie eelich bie eynander gelegen weren, da der almechtig god vor sey, So solt diese beteydunge yrenthalbin geschen gantz ab — sein — doch vffgescheiden die heyrad zwuschen — herzog Albrechten vnd frauen Vrfulan — auch ander verbuntnusse, vereynunge, bruderschaft vnd verschreibungen, die zwuschen yn, yren erben, lannden vnd luten gemacht sin vnd werden, dieselben sullen unuerkert in yren kreften blihen —. Es sullen auch beyder furstynne vetere, brudere, vettere vnd frunde keines widerfals von yn wartende sein, Sundern, was sie nach yrem tode verlassen, sal bie dem stamme blihen, dahin sye verheyradt sein, was sie an yrer seile heyl nicht verschaffet hetten. Es ist auch berett, das der heyradbriue zwuschen Herzogen Albrechten von sachsen vnd frauen Vrfulan, dauon vorgemelt ist, bie allen sinen creften blihen — sal, vffgescheiden der punkte vnd artikel die zugabe, heimstuer, widerlegunge vnd morgengabe vnd widerfelle berurende, die sullen in demselbin briue ablin etc. Des alles zu warem vrkund etc. — Gegeben zu Lypzck, vff dinstag nach Reminiscere, nach cristi vnser heren geburt vierzehenhundert vnd in dem acht vnd sunffzigsten Jarenn.

Nach dem Originale des K. Geß. Kab.-Archives.

MDCCXCI. Paps Pius ertheilt dem Kurfürsten, den Markgrafen von Brandenburg und Burggrafen von Nürnberg das Privilegium, daß alle ihre Unterthanen und Landeseinwohner nur vor ihnen und ihren Richtern zu Rechte stehen sollen, am 21. März 1458.

Pius Episcopus, Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Etsi de cunctis Christi fidelibus ut a noxis et gravaminibus tam realibus quam personalibus releventur, quantum cum Domino possumus, ex apostolice servitutis officio nobis iugiter cogitare convenit et provisionem impendere salutarem, de statu tamen et tranquillitate ac commodo Romane Ecclesie devotorum Principum et eorundem subditorum, incolarum et habitatorum, ut ab incommodis preserventur immunes, quanto illos inter ceteros nobis et Romane Ecclesie affectos propensiori amplectimur caritate. Hinc est, quod nos attendentes diversa gra-

vamina ac personarum, rerum et honorum dispendia, quibus dilecti filii Vasalli, familiares, subditi, Incole et habitatores in temporalibus dominiis territoriorum et locorum dilectorum filiorum nobilium virorum Friderici, Sacri Rom. Imperii Electoris et Archi-Camerarii ac Johannis, Alberti et Friderici Junioris Marchionum Brandenburgensium et Burggravorum Nurenbergensium consistentes et commorantes hactenus fuerint lacessiti ac volentes eosdem ab incommodis tam personalibus quam realibus, que nisi eis super hiis provideretur, in futurum subire formidant, in quibuscunque causis paterne caritatis officio relevare ac supplicationibus dictorum Marchionum et Burggravorum, asserentium se velle unicuique de vasallis, familiaribus, subditis, incolis et habitatoribus predictis iustitiam ministrare in hac parte favorabiliter annuentes, auctoritate apostolica ex certa scientia hac presenti constitutione perpetuo duratura decernimus, statuimus et ordinamus, quod de cetero ipsorum Marchionum et Burggravorum vasalli familiares subditi Incole et habitatores in terris et locis eisdem Marchionibus et Burggraviis eorumque successoribus quovis modo subiectis nec non et pro tempore commorantes quarumcunque apostolicarum vel aliarum litterarum vigore etiam conservatorialium sub quacunque verborum forma et cum quibusvis clausulis etiam derogatarum derogatoriis a sede apostolica etiam pro tempore emanatarum aut aliorum quorumvis Rescriptorum apostolicorum vel generalium Conciliorum nunc obtentorum et in futurum obtinendorum, etiam si in illis de presentibus mencio fieret specialis seu ordinarie delegate vel subdelegata aut alterius cuiusvis ecclesiastice auctoritatis quavis occasione vel causa, coram alio vel aliis quibuscunque nisi coram Marchionibus et Burggraviis ac successoribus prefatis vel ab eis deputatis vel deputandis Iudicibus in quibuscunque civilibus vel criminalibus, proventus tamen Ecclesiarum et injurias Ecclesiasticorum non contingentibus causis conjunctim vel divisim ad iudicium trahi vel evocari aut alias quomodolibet conveniri possint neque alias ubicunque de iustitia respondere teneantur, nec ad id a quoquam inviti compelli valeant seu etiam coartari, districtius inhibentes omnibus et singulis locorum ordinariis ceterisque conservatoribus Iudicibus ac delegatis et subdelegatis vel alia quavis auctoritate deputatis seu deputandis, ne vasallos, familiares, subditos, incolas et habitatores Marchionum et Burggravorum ac successorum suorum seu eorum aliquem contra decretum statutum et ordinationem predictam quovis modo molestent et inquietent vel perturbent aut molestari, inquietari vel perturbari permittant, decernentes omnes et singulas excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias nec non processus quoslibet, quas et quos contra presentis indulti formam et tenorem promulgari, attemptari vel presumi contigerit aut haberi, nullius fore roboris vel momenti. Et insuper volentes, ut indultum decretum et alia premissa omnibus sublatiis obstaculis plenum et debitum forciantur effectum, venerabili fratri nostro Episcopo Lubucensi et dilectis filiis preposito Brandenburgensi ac Bambergensi et Eystetensi nec non Sancti Gumperti Onolspaccensi, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios Marchionibus Burggraviis successoribus vasallis familiaribus et aliis supradictis adversus quoslibet efficacis defensionis presidio assistentes non permittant, eosdem aut eorum aliquem conjunctim vel separatim contra tenorem presentium litterarum ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi nec non contradictores quos-

libet et rebelles cuiuscunque status gradus ordinis vel conditionis existant, etiam si Metropolitana, pontificali aut apostolica vel alia quavis prefulgeant dignitate vel auctoritate, quotienscunque expedierit, eadem apostolica auctoritate per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus tam pie memorie Bonifacii Pape VIII. Predecessoris nostri, quibus cavetur ne quis extra suam Civitatem vel Dioecesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede deputati predicta extra Civitatem vel dioecesim, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere seu alii vel alii vices suas committere presumant, ac de duabus dietis in Concilio generali, quam aliis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam ipsorum jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis, Ceterum volumus et Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet ipsorum Iudicum et Conservatorum per vos, ut prefertur et per ipsos aut alterum eorum pro tempore deputatorum seu in futurum deputandorum prolequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque auctoritate presentium sit eis et cuilibet eorum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris data potestas et Jurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possint et quilibet eorum possit in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si premissa omnia et singula coram eis cepta fuisset et ipsorum cuiuslibet jurisdictionis in premissis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset. Constitutione predicta super Conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Constitutionis, Statuti, Ordinationis, inhibitionis, mandati, voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Senis, Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo etc.